

Vertimai

Gottfried Wilhelm Leibniz

RINKTINIAI METAFIZINIAI TEKSTAI (1683–1690)*

292. Apie proto ir kūno prigimtį
[1683 vasara – 1685/86 žiema]

*Apie proto ir kūno prigimtį*¹

Tik tos sielos yra protai, kurioms dera pačių savęs pažinimas arba sąmonė. Tik jos yra tinkamos apdovanoti ir bausti, ir jas vienas reikia laikyti valstybės, kurios karalius yra Dievas, pilietėmis. Taip pat tarp protų yra laimingi tik tie, kuriems yra duotas Dievo pažinimas. Viena yra suvokti, o kita – suvokti, kad suvokti, arba atsimiti. Pripažįstu, kad laukiniai gyvūnai turi suvokimą arba patyrimą to, kas vyksta, pripažįstu ir vaizduotę, išliekančią nykstant pojūčiui, o todėl ir sugrįžimą prie ankstesnių vaizdinių, jei koks nors naujas išpūdis, panašus į prieš tai buvusius, suteikia progą; tačiau nepripažįstu, kad jie turi tokią sąmonę, kad pateikus kokią nors mintį suvoktų, jog ji ar kita panaši mintis jiems jau buvo kilusi. Todėl savivoka, atmintis arba sąmonė priklauso protams. Tiksliai kalbant, savivoka yra artimiausio prieš tai buvusio mąstymo atsiminimas. Savęs pačių suvokime glūdi mums suteiktas dieviškasis paveikslas. Nemanau, kad koks nors laukinis gyvūnas yra išlavinęs šią galią, kurią patiriu savyje, kai imu mąstyti, jog aš dabar mąstau, ir sykiu gėrėtis, ir neper-

292. De natura mentis et corporis [Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

*De natura Mentis et corporis*⁸

Illae solae animae sunt Mentis in quas cadit cognitio sui ipsius seu conscientia. Hae solae praemiorum poenarumque sunt capaces, et solae habendae sunt pro civibus ejus Reipublicae cujus Rex est Deus. Ex mentibus autem eae solae felices sunt, quibus datur cognitio Dei. Aliud est percipere, aliud percipere quod perceperis, seu meminisse. In brutis itaque perceptionem agnosco sive sensum eorum quae fiunt, agnosco et imaginationem, sensu cessante manentem, et ideo recursum priorum imaginum, si qua nova imago uni priorum similis occasionem praebeat; sed non agnosco in illis conscientiam, ut scilicet oblata quadam cogitatione percipiant eam vel aliam similem, jam sibi affuisse. Reflexio itaque seu memoria vel conscientia, mentium propria est. Reflexio proprie est memoria cogitationis proxime praecedentis. In sui ipsius perceptione consistit imago divina nobis indita. Non puto ab ullo bruto exerceri illam vim quam in me experior cum volo ut cogitem me nunc cogitare, et hoc ipsum admirer, et continue in me replicem, nullo

* Už vertingus komentarus ir bendradarbiavimą vertėjas dėkoja moksliniam redaktoriui Mindaugui Strockiui.

¹ Antraštėse esantys pavadinimai buvo priskirti Leibnizo raštų redaktorių. Jeigu pavadinimas pasirodo ir tekste, jis buvo užrašytas paties Leibnizo. Išnašose – vertėjo pastabos.

traukiamai į save atsigręžti, neišterpiančios jokio ženklo reikmei, t. y. vien tiesioginiu suvokimu, kai tuo pat metu valingai išblaškome nuo to mąstymo atitraukiančius vaizdus (*Paraštėje*: Atrodo, kad mąstymas, priešingai nei suvokimas, yra apie kokį nors aiškų teiginį). Net jei būtų įsivaizduojama, kad pašalinus organus mūsų protas kurį laiką tikrai nieko naujo nesuvoktų ir tik miegotų arba suvoktų naujus dalykus, kurie neturi tokio ryšio su prieš tai buvusiais, kad jiems trunkant neatsimintume ankstesnio dalyko būsenos, vis tiek jei kada nors po daugelio milijonų metų (juk baigtinis laiko tarpas amžinybėje yra tarsi niekas ir ar tūkstą, ar vienerius metus miegoti yra tas pat) atsinaujintų būseną, atitinkama tai, kuri kažkada buvo (beveik tokia pati, kaip prieš tai buvusi, tik, žinoma, nesujungta atminties), tuomet atsinaujintų ir prieš tai buvusių dalykų atmintis. Laukiniai gyvūnai neturi jokio aiškaus pažinimo?

Jei įsivaizduotume, kad koks nors gyvūnas, panašus į drugelį, atsiranda iš vikšro ir prieš tai, kai tapo vikšru, vėlgi atsirado iš kito dar mažesnio [gyvūno], ir taip vis toliau atgal iki pasaulio pradžios, kai sugrįžtama iki pat kirmėlaitės arba kokio nors neapčiuopiamo gyvūnėlio (žinoma, nekalbu apie tuos vikšrus, kurie atsitiktinai (*per accidens*) susiformuoja iš organų), tuomet, visada ir visuose išliekant tai pačiai sielai, šiame gyvūne vyks ne metempsichozė, bet metasomatozė, arba pavidalo pasikeitimas, ir bus ne tik visada ta pati siela, bet visada ir ta pati kūniškoji substancija. Šis gyvūnas taip pat galės net ir po nesuskaičiuojamų pasikeitimų kada nors grįžti prie ankstesnės [stadijos] tęsimo ir didybės bei tobulumo. Be to, tikėtina, kad visa tai yra taip sutvarkyta, jog geriau būti negali. Pasikeitimų metu atsigaunantys organai tam tikru būdu jau būna atsiradę. Problema: ar visi tos pačios rūšies gyvūnai sugrįžtant paverčiami į tą pačią rūšį. Sveikai mąstant, drugeliai neatsirastų iš sudegintų vikšrų.

signi alicujus usu interveniente sed intima quadam perceptione, ubi vim simul nobis facimus imagines ab ea cogitatione avocantes amoliendo (*Am Rande*: Cogitatio videtur esse circa aliquam distinctam propositionem, secus perceptio). Etiam si fingeretur dissolutis membris Mentem nostram aliquandiu nova valde distincta non percipere, sed dormire, vel etiam nova percipere quae cum prioribus nullam habeant connexionem, ita ut illis durantibus non recordetur prioris status; tamen si quando post multos annorum milliones (nam intervallum finitum in aeternitate pro nullo est, et mille annis aut uno dormiisse perinde est) rediret status congruus ei qui aliquando fuit (proxime praecedenti tamen quippe diverso memoria non connexus), et praecedentium memoria rediret. Nullane in bruto cognitio distincta?

Si fingamus animal aliquod instar papilionis ex verme factum, et antequam talis fieret vermis rursus ex alio forte adhuc minore factum, et ita porro retro, usque ad initium mundi, et ubi extinguitur rursus in vermiculum, vel aliquod animalculum insensibile redigi (neque enim de his vermibus loquor, qui per accidens ex membris oriuntur), anima semper in omnibus eadem manente, non erit quidem sola Metempsychosis in hoc animali, sed etiam Metasomatosi seu transformatio eritque non tantum eadem semper anima, sed et eadem semper substantia corporea. Poterit autem hoc animal post innumerabiles transformationes aliquando rursus redire ad prioris continuationem atque exaltationem seu perfectionem. Et credibile est ita esse ordinata haec omnia ut pulchrius id fieri non possit. In transformationibus quodammodo membra exurgentia jam affuerunt. Quaestio: an omnia animalia ejusdem speciei extinctione in eandem speciem transferentur. Sane ex erucis combustis non fierent papilioes.

293. Dievas nėra pasaulio siela

[1683 vasara – 1685/86 žiema]

Tai, kad Dievas nėra pasaulio siela, galima parodyti tiek jei pasaulis yra baigtinis, tiek jei jis yra begalinis. Jei pasaulis yra baigtinis, tuomet aišku, kad negalima sakyti, jog Dievas, kuris yra begalinis, yra pasaulio siela; jei manoma, kad pasaulis yra begalinis, tuomet jis nėra vienas esinys arba savaimė vientisas (*unum per se*) kūnas (kitoje vietoje jau yra parodyta, jog skaičiaus arba dydžio begalybė nėra nei vientisa, nei sudaranti visumą. Tik tobulybės begalybė yra vientisa ir sudaranti visumą). Taigi neįmanoma mąstyti, kad jis turi sielą. Reikia suprasti, kad begalinis pasaulis yra ne daugiau vientisas ir sudarantis visumą nei begalinis skaičius, kurį nesant nei vientisą, nei sudarantį visumą, parodė Galilėjus².

Yra ir daugiau argumentų, kaip šis, jog Dievas yra nuolatinis pasaulio kūrėjas, o siela savo kūno kūrėja nėra.

294. Nuolatos suvokiame savo kūną

[1683 vasara – 1685/86 žiema]

Valingi judėjimai nuo natūralių skiriasi tik iš pažiūros – kūne nieko nevyksta, ko nesuvoktų siela, nors ji ir neatkreipia dėmesio, nebent į naujus ir išsiskiriančius dalykus. Tačiau ir naujovės siela kūne ne iš karto pajustų, jei prieš tai nebūtų įpratusi. Nuolatos suvokiame savo kūną, t. y. kažką neaiškaus iš visų jame pačiame vykstančių judėjimų – taip, kaip tuomet, kai girdime jūros ošimą, nors neatskiriame pavienių bangų veikimo. Kiekvieną kartą, kai kūnas seka mūsų valią, reikia žinoti, kad vyksta ir vaizduotės judesys, atitinkantis sielos sprendimą, ir jis yra veiksmo užuomazga.

² Žr. Galilėjaus *Discorsi e dimostrazioni matematiche, intorno à due nuove scienze* (1638) pirmą samprotavimų dieną ir Leibnizo rašinį, skirtą Jeanui Gallois, *Accessum ad arithmetica infinitorum* (1672).

293. Deum non esse mundi animam

[Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

Deum non esse mundi animam, demonstrari potest, vel enim mundus est finitus vel infinitus. Si finitus est mundus, utique Deus qui infinitus est, Mundi anima dici non potest; sin mundus infinitus ponatur, non est Ens unum seu unum per se corpus (quemadmodum alias demonstratum est infinitum numero et magnitudine neque esse unum neque esse totum; sed tantum infinitum perfectione unum et totum esse). Itaque nulla ejus intelligi potest anima. Mundus scilicet infinitus non magis est Unum et Totum, quam Numerus infinitus, quem neque unum neque totum esse demonstravit Galilaeus.

Sunt et alia argumenta quale illud est, quod Deus est productor mundi continuus, Anima autem corporis sui productrix non est.

294. Semper corpus nostrum percipimus

[Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

Motus voluntarii a naturalibus sola apparentia differunt; nec quicquam in corpore fit non percipiente anima; etsi non attendat, nisi novis quae se distinguunt. Sed nec novitates statim in corpore sentiret anima, nisi antea etiam solita sentiret. Semper corpus nostrum percipimus, id est confusum aliquid ex omnibus motibus in ipso; ut cum audimus sonitum maris, etsi singulorum fluctuum actiones non distinguamus. Quoties voluntatem nostram exequitur corpus, sciendum est, determinationi animi adesse respondentem motum imaginationis, qui embryo est actionis.

295. Sielos yra arba kasdien kuriamos, arba bendraamžės su pasauliu

[1683 vasara – 1684/85 žiema]

Jei sielos turėtų natūralią kilmę, tuomet, žinoma, galėtų natūraliai ir išnykti, nes nieko nėra protingesnio už tai, kad kiekvienas vientisas dalykas gali išnykti ar būti pašalintas tuo būdu, kuriuo buvo surinktas ir padarytas. Todėl reikia pripažinti, kad sielos gali kilti tik iš sukūrimo, t. y. per stebuklą, o sielų nemirtingumas nedraudžia, kad jos galėtų būti pašalinamos sunaikinimu, t. y. stebuklu, jei Dievas to panorėtų. Iš to išeina, kad sielos arba yra kasdien kuriamos, arba, kaip esu labiau linkęs manyti, yra bendraamžės su pasauliu.

296. Sunkumai, susiję su sielų prigimtimi ir kilme

[1683 vasara – 1684/85 žiema]

Kad ir kokių pažiūrų laikytumės, dėl sielų prigimties ir kilmės visada kyla daug sunkumų. Jei sakome, kad tik protingi padarai, o ne laukiniai gyvūnai ar kiti kūnai turi sielas, arba substancines formas, tuomet išeina, kad kūnai yra ne substancijos, o tik reiškiniai, ir jau nepaisant to, kad tai yra mažai tikėtina, atrodo, kad toks požiūris prieštarauja bažnyčios dogmoms. Tačiau jei laukiniams gyvūnams priskiriame sielas, tuomet reikia žinoti, kokia yra jų kilmė ir prigimtis. Tuo tarpu kiekviena substancinė forma arba siela būtinai yra nedali ir gali kilti tik iš sukūrimo, o žūti tik per sunaikinimą, todėl reikia sakyti, kad arba laukinių gyvūnų sielos atsirado su pačiu pasauliu, arba yra nuolat kuriamos Dievo. Jei yra sukurtos nuo pat pradžios ir atsirado kartu su pasauliu, tuomet reikia pripažinti, kad to gyvūno, kuris vadinamas žmogumi, siela taip pat egzistavo nuo pat pradžios ir visos protingos sielos jau Adamui užgimstant

295. Animae vel quotidie creantur vel mundo sunt coevae

[Sommer 1683 bis Winter 1684/85 (?)]

Si animae naturalem haberent originem, etiam naturaliter extingui possent; cum nihil magis rationi consentaneum sit, quam unum quodque eo modo dissolvi posse ac tolli quo est colligatum et constitutum. Itaque dicendum est animas non nisi creatione id est per miraculum oriri posse, quem[ad]modum immortalitas earum non impedit quo minus annihilatione id est miraculo tolli possent, si Deus vellet. Et proinde vel quotidie creantur animae, vel, quod malim, mundo sunt coevae.

296. Difficultates circa naturam et originem animarum

[Sommer 1683 bis Winter 1684/85 (?)]

Circa naturam et originem animarum multae sunt difficultates, quascunque demum sententias eligamus. Si dicimus solas creaturas rationales, non vero bestias aut alia corpora habere animas aut formas substantiales, praeterquam quod id parum credibile est, sequitur hinc corpora non esse substantias, sed phaenomena tantum, quod videtur cum Ecclesiae dogmatibus pugnare. Sin bestiis etiam animas tribuimus, quaeritur quae sit earum origo vel natura. Et quidem omnis forma substantialis vel anima necessario est indivisibilis, nec nisi creatione oriri, aut nisi annihilatione interire potest, itaque vel dicendum est animas bestiarum coepisse cum mundo, vel continuo a Deo creari. Si ab initio statim creatae sunt et coepere cum mundo, dicendum est etiam animam ejus animalis quod homo vocatur ab initio extitisse et omnes animas rationales jam in Adamo seu cum Adamo actu praeextitisse, neque enim ea in re erit deterior animabus

arba kartu su juo buvo atsiradusios, nes šiuo atžvilgiu jos nebus menkesnės nei laukinių gyvūnų sielos. Tačiau iš to išplaukia, kad yra daug žmogiškų sielų, kurioms niekada neteko įpavidalinti (*informant*) žmogaus kūno, o tai skamba labai kvailai. Be to, su protu atrodo visiškai nesuderinama sakyti, kad tie vyresnieji, kurie išlaiko nuolatinę skaistybę, neturėjo savyje tikrųjų žmogiškosios prigimties sėklų. Juk jei sakoma, kad gyvūnų sielos nuo pat pradžių jau egzistavo ir kad jos, kaip įprasta gyvūnams, patyrė daugybę pasikeitimų, o protai tik galiausiai buvo prikurti (*accreatam*), tuomet, regis, iš to išeina, jog žmoguje yra dvi substancinės formos, arba sielos, – viena gyvūniška, kita protinga, tačiau su tuo lygiai taip pat sunku sutikti. Sakyti, kad žmogiškoji siela atsiranda iš laukinės, yra beprasmiška; tai tolygu nepasakyti nieko, nes jos, net jei įvairiai kinta, išties netampa kitokiomis sielomis. Geriau jau sakyti, kad protingo padaro substancinė forma yra kuriama, o kokio nors laukinio gyvūno tik slypi žmoguje ir ne daugiau yra žmogaus forma, nei jo rankos pavidalas. Jei sakoma, kad ir laukinių gyvūnų sielos yra Dievo kasdien kuriamos, tuomet reikia bijoti, kad kas nepadarytų išvados, jog lygiai tiek pat tikėtina, kad Dievas kasdien, kai gyvūnas miršta, [jo sielą] sunaikina. Šis sunaikinimas, jei išties yra toks įprastas ir dažnas, sužlugdo visus argumentus už žmogaus sielos nemirtinumą, kurie kyla iš to, kad niekas negali žūti ne per sunaikinimą.

297. Apie sielų sukūrimą ir protų kilmę
[1683 vasara – 1684/85 žiema]

Reikia sutikti, kad sielos arba yra Dievo kasdien kuriamos, arba pačioje pasaulio pradžioje kartą sukurtos iš anksto egzistavo (*prae-extitisse*) ir pasislėpė sėklose, kol

bestiarum. Sed hinc sequitur multas esse animas humanas quae nunquam eo perveniant ut corpus humanum informent, quod videtur perabsurdum; nec rationi consentaneum admodum videtur dicere, eos parentes qui perpetuam castitatem servant vera humanae naturae semina in se non habuisse. Quod si dicas animam quidem animalem ab initio jam extitisse, eamque multas subiisse transformationes, ut solent animalia, tandem vero accreatam illi fuisse Mentem, videtur sequi in homine duas esse formas substantiales sive animas, unam animalem, alteram rationalem, quod itidem difficile approbatu. Nam dicere ex anima bestiali factam humanam absurdum est, imo nihil est dicere, neque enim animae aliae fiant, etsi varie mutantur. Satius erit dicere formam substantialem creaturae rationalis creari, brutam tamen quandam cuique homini inesse, quae non magis sit forma hominis, quam forma manus est hominis forma. Si dicas animas quoque bestiarum, quotidie a Deo creari verendum est, ne quis inferat aequè igitur probabile esse, ut etiam quotidie a Deo rursus annihilentur moriente animali. Quae annihilatio si tam ordinaria est et frequens, perit etiam omnis ratiocinatio pro immortalitate animae humanae, ex eo sumta, quod nisi annihilatione perire non potest.

297. De animarum creatione atque mentium origine
[Sommer 1683 bis Winter 1684/85 (?)]

Animas dicendum est aut quotidie a Deo creari, aut inde ab initio mundi semel creatas prae-extitisse atque in seminibus latuisse donec formatis organis exerendi se potestas

susiformavus organams atsiras galimybė pasirodyti. Atrodo, kad pirmiau kalbėti apie laukinių gyvūnų sielas, o vėliau apie žmonių nepakankamai tenkina protą. Juk jei Dievas kuria ir įkvepia laukinių gyvūnų sielas, visur yra pilna stebuklų arba ypatingo veikimo, o tai, manau, nėra pakankamai tikėtina. Tačiau jeigu manome, kad Dievo nuo pradžių sukurtos sielos slepiasi sėklose ir laukia pastojimo, patenkame į kitą paradoksą – kad daugybė žmogiškų sielų sėklose lieka nereikalingos ir niekada neprieina prie naudojimosi protu, nes jei kas nors sakytų, jog žmogaus sėklose glūdinčios sielos yra laukinės ir tampa protingos tik susiformavus organams, tai jis imtų teigti, jog laukinė ir protinga siela skiriasi ne rūšimi, bet tik organais, o tai yra dar labiau nepriimtina. Jei kas nors sakytų, kad tik žmogiškos sielos yra sukuriamos pastojimo metu, jis žmogiškąsias sėklas padarytų blogesnes už laukinių gyvūnų sėklas – kas patiktų, kad visų gyvūnų sėklose arba greičiau kiaušinėliuose glūdi sielos ir vien tik žmonėms jų trūksta? Nejaugi dėl to sakysime, kad žmogus turi kažkokią laukinę arba juslinę sielą, kuri glūdi sėkloje, tačiau Dievo yra paverčiama protinga pastojimo metu? Tiesa, tokiam apibrėžimui priešingai yra nutaręs vienas susirinkimas³ ir, be to, vienas kūnas tikrai negali turėti daugiau nei vienos formos. Vadinas, jeigu nedera pripažinti, kad sielos yra dvilypės – viena, kuri yra protas, o kita, esanti juslinė (kadangi susirinkimas kūno formą apibrėžė kaip protingą sielą) – tuomet galima tik sakyti, kad protas, arba protingoji siela, atsiranda iš juslinės sielos dieviškojo įkvėpimo akimirka per naujos tobulybės pridėjimą arba antgamtišką persikeitimą.

³ Turimas omenyje penktasis Laterano susirinkimas, 8-toji sesija, pirmas nutarimas, 1513 m. gruodžio 19 d. Taip pat žr. Vienos susirinkimo 3-iosios sesijos *constitutio Fidei Catholicae*, 1312 m. gegužės 6 d.

daretur. Prius de animabus brutorum posterius de anima humana dicere, rationi non satis consentaneum videtur. Nam si animae brutorum a Deo creantur, atque infunduntur, erunt omnia plena miraculorum, sive operationum extraordinariorum, quod non satis verisimile arbitror. Quodsi animas quoque humanas a Deo initio creatas in seminibus latere, atque conceptionem expectare statuamus, in aliud paradoxum incidimus, quod scilicet innumerae animae humanae inutiles maneant in seminibus, nec unquam perveniant ad rationis usum; quod si quis dicat animam quae in seminibus etiam humanis latet, brutam esse, demumque rationalem organis formati fieri, is dicere cogetur animam brutam et rationalem non specie, sed organis differre, quod adhuc intolerabilius est. Quod si quis dicat solas humanas animas creari tempore conceptionis, is semina humana seminibus brutorum deteriora facit, quis enim credat omnium animalium seminibus sive ovarii potius inesse animas, humanis solis inesse nullas. An ergo dicemus esse in homine quandam animam brutam sive sensitivam, quae sit in semine, sed rationalem in conceptione a Deo infundi. Verum hoc definitioni cujusdam Concilii censetur adversum, et revera non nisi una est unius corporis forma. Quodsi igitur non admittendum est, duas esse animas unam quae sit mens, alteram quae sit sensitiva, quoniam concilium definivit animam rationalem esse formam corporis; relinquitur ut dicamus ex anima sensitiva in momento infusionis a Deo novae perfectionis accreatione, sive transmutatione supernaturali fieri Mentem sive animam rationalem.

298. Apie sapną ir budėjimą

[1683 vasara – 1685/86 žiema]

Sapno ir budėjimo atskyrimo pagrindas yra sapnų nerišlumas. Pastebėjau, kad dalykų, kurių trokštame sapno metu, surasti negalime, nors budintys panašiomis aplinkybėmis būtume juos atradę. Neseniai sapne norėjau ant lentelės perkelti vieną raštą, o vėliau parodyti draugui, tačiau kaskart bandydamas ją paimti vis negalėjau surasti. Iš tikrųjų rašto neperrašiau į lentelę, bet mačiau kažkokį nepastovų perrašyto rašto vaizdą, kuris dingo ir nepaliko jokio savo pėdsako likusiame lentelės vaizdinyje.

299. Apie būdą atskirti tikrus reiškinius nuo įsivaizduojamų

[1863 vasara – 1685/86 žiema]

299.1. Nebaigtas variantas

Puslapio viršuje: Raidės, kaip *A*, *B*, *C*, šioje vietoje man reiškia ką nors teigiamo įtraukiantį konkretų terminą, o teiginius, kaip *A* yra *B*, čia visada laikau bendraisiais, nebent nurodoma kitaip.

Jei *A* yra *B* arba *C*, arba *D* ir t. t., tuomet sakoma, kad *A* yra *kažkas* (*Aliquid*), o pavyzdžiui, *koks nors* (*Aliquis*) žmogus bus tas pats, kas *B* žmogus arba *C* žmogus, arba *D* žmogus ir t. t. Tarkime, europietis žmogus arba azijietis žmogus ir t. t.

Jei *N* nėra nei *B*, nei *C*, nei *D* ir t. t., tuomet sakoma, kad *N* yra *niekas* (*Nihil*) ir būtent dėl to paprastai sakoma, kad niekas neturi savybių. Pavyzdžiui, *joks* (*Nullus*) žmogus bus tas pats, kas nėra nei europietis žmogus, nei azijietis žmogus ir t. t.

Kol kas nieko negaliu geriau pasakyti ir apie tai, kas yra esinys, arba dalykas, – tik tai, kad *A* yra esinys, *B* yra esinys, *C* yra esinys *D* yra esinys ir t. t., tarsi sakyčiau, kad esinys yra ben-

298. De somnio et vigilia

[Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

Ex incohaerentia somniorum principium habetur Somnium a Vigilia distinguendi. Notavi, quae in Somnio quaerimus, non posse nos invenire, cum vigilantes eadem in simili casu reperturi essemus. Somniaveram nuper me chartam quandam in Tabula reponere, mox cum amico ostendere vellem, omni cura adhibita reperire non posse. Nempe non cartam reposueram in Tabula, sed fluxam quandam chartae repositae imaginem videram, quae disparuerat, nullumque sui vestigium in residua Tabulae imagine reliquerat.

299. De modo distinguendi phaenomena realia ab imaginariis

[Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

299.1. Gestrichener ansatz

Am Kopf der Seite: Literae, ut *A*, *B*, *C* mihi significant hoc loco Terminum concretum aliquid positivi involventem, propositio ut *A* est *B* semper a me hoc loco intelligitur universalis, nisi aliter admoneatur.

Si *A* sit vel *B* vel *C* vel *D*, et ita porro, tunc *A* dicetur *Aliquid*, et specialiter *Aliquis* homo idem erit quod *B* homo vel *C* homo vel *D* homo, et ita porro; verbi gratia Europaeus homo vel Asiaticus homo, etc.

Si *N* sit neque *B* neque *C* neque *D*, et ita porro tunc *N* dicetur esse *Nihil*, atque hoc est quod vulgo dicunt Nihili nulla esse attributa. Specialiter *Nullus* homo idem erit quod neque Europaeus homo, neque Asiaticus homo, et ita porro.

Quid sit Ens vel Res non melius nunc quidem declarare possum quam dicendo *A* esse Ens, et *B* esse Ens, et *C* esse Ens, et *D* esse Ens, et ita porro tanquam si dicerem Ens esse commune omnium genus. Aliquid

dra kiekvieno dalyko rūšis. Kažkas ir esinys išties yra tas pat, tačiau jie skiriasi supratimo būdu. Taip pat galiu pasakyti, kad esinys yra tai, kieno sąvoka įtraukia kažką teigiamo arba suteikia kažką, iš ko galime ją suprasti.

Egzistuoja tas esinys, kurį galima suvokti tiesiogiai arba tiesiogiai suvokti tai, kas iš jo išeina. Tuos dalykus vadinu tiesiogiai suvokiamais, kuriuos žinome apie save (*quorum conscii sumus*) arba kurie glūdi mūsų intelekto, ir tuomet nėra nieko viduryje tarp to, kas patiria, ir to, kas patiriama, ir net Dievo protas ten negali atrasti klaidos. Be to, kaip esinį apibrėžiu per sąvoką, taip ir egzistuojantį dalyką apibrėžiu per pojūtį arba suvokimą; protu suprantame galimus esinius, o suvokiame egzistuojančius arba tuos, kurie atrodo egzistuojantys.

Suvokimas yra mąstymas, iš kurio plaukia veikimo siekis (*conatus agendi*). Kad aiškiau suprastume, kad kas nors egzistuoja, pažiūrėkime, kokiais būdais dalyko egzistencija įrodoma – bent jau mano, kaip mąstančio įvairius dalykus, taip pat ir visokių mano proto reiškinių bei daugybės jam pasirodančių dalykų egzistencija.

299.2. Galutinis tekstas

Esinys yra tai, ko sąvoka įtraukia kažką teigiamo arba kažką, ką galime suvokti, su sąlyga, kad tai, ką suvokiame, yra įmanoma ir neprieštaringa, o šitai žinome tiek jei sąvoka yra tobulai išnagrinėta ir neturi nieko neaiškaus, tiek trumpesniu būdu – jei dalykas egzistuoja, nes tai, kas egzistuoja, šiaip ar taip yra esinys, arba galimas dalykas.

Kaip esinys yra išnagrinėjamas per aiškia sąvoką, taip egzistuojantis dalykas – per aiškų suvokimą. Kad geriau tai suprastume, reikia apžvelgti, kokiais būdais yra įrodoma egzistencija.

Visų pirma be jokio įrodymo, vien iš paprasto suvokimo arba patyrimo sprendžiu, kad

autem et Ens revera quidem idem sunt, sed differunt in modo concipiendi. Possum etiam dicere Ens esse cujus conceptus aliquid positivi involvit, seu aliquid ponit quod a nobis concipi potest.

Existit Ens quod immediate percipi potest, aut ex eo quod immediate percipi potest sequitur. Immediate percipi illa dico, quorum nobis conscii sumus seu quae sunt intra intellectum nostrum, tunc enim medium nullum est inter id quod percipit et quod percipitur neque a Deo ratio erroris intelligi potest. Porro ut Ens definitio per conceptum, ita Existens definitio per sensum sive perceptionem; concipimus Entia etiam possible, percipimus existentia, aut quae apparent existentia.

Perceptio est cogitatio ex qua sequitur conatus agendi. Sed ut distinctius intelligamus quid sit existere, videamus quibus modis rem aliquam existere probetur. Et quidem me varia cogitantem deinde existere quoque phaenomena varia menti meae adversantia sive apparitiones plurimas.

299.2. Endgültiger text

Ens est, cujus conceptus aliquid positivi involvit sive quod a nobis concipi potest, modo id quod concipimus sit possibile nec involvat contradictionem, quod cognoscimus tum, si conceptus sit perfecte explicatus nihilque involvat confusi, tum compendio, si res actu extiterit, quod enim existit utique est Ens vel possibile.

Quemadmodum autem Ens explicatur per distinctum conceptum, ita Existens per distinctam perceptionem, quod ut melius intelligamus videndum est quibus modis existentia probetur.

Et primum sine probatione ex simplici perceptione sive experientia existere iudico,

egzistuoja tie [dalykai], kuriuos sąmoningai žinau esant manyje; tarp jų, pirmiausia, esu aš, mąstantis įvairius dalykus, o paskui ir patys skirtingi *reiškiniai*, arba pasirodymai, kurie egzistuoja mano prote. Abu šiuos dalykus, kadangi jie proto yra suvokiami tiesiogiai, niekam kitam neįsiterpiant, galima laisvai pripažinti ir yra tiek pat tikra, kad mano prote egzistuoja auksinio kalno arba kentaurų įvaizdis, kai juos sapnuoju, kiek yra tikra, kad egzistuoju aš, kuris sapnuoja; abu šie dalykai slypi šiame viename, t. y. kad yra tikra, jog man rodosi kentauras.

Dabar pažvelkime į tai, iš kokių požymių žinome, kurie reiškiniai yra tikri. Apie tai sprendžiame tiek iš paties reiškinių, tiek iš to, kas eina prieš jį ir po jo. Iš paties reiškinių sprendžiame, jei jis yra ryškus, įvairialypis ir darnus. Ryškus jis bus tada, jei jo savybės, kaip šviesumas, spalva, šiluma, reiškiasi pakankamai intensyviai; jei šios savybės yra įvairios ir tinkamos ilgalaikiams bandymams bei naujiems stebėjimams, tuomet reiškinys bus įvairialypis. Taip yra, pavyzdžiui, jei patiriame ne tik reiškinių spalvas, bet ir garsus, kvapus, skonius, prisilietimus ir visus juos tiek visumoje, tiek skirtingose jo dalyse, kurias vėlgi galime įvairiai paveikti. Tokia ilga, dažniausiai sudaroma planuotai ir kruopščiai pasirengus, stebėjimų grandinė įprastai nepasirodo sapnuose ar tuose vaizdiniuose, kuriuos suteikia atmintis arba vaizduotė; juose vaizdinys dažniausiai yra vaiskus ir išnyksta bandomas paveikti. Reiškiny bus darnus tuomet, kai jis bus sudarytas iš kitų reiškinių, kuriems galima pateikti pagrindą tarpusavyje arba iš pakankamai paprastos bendros prielaidos; taip pat jis bus darnus, jei taip išlaikys atitiktį su kitais reiškiniais, kurie mums dažnai pasirodė praeityje, kad jo dalys turės tą vietą, tvarką ir padarinius, kuriuos praeityje turėjo panašūs reiškiniai. Priešingu atveju reiškiniai bus įtartini, juk

quorum intra me conscius sum, hoc est primo me varia cogitantem, deinde ipsa varia *phaenomena* sive apparitiones, quae in mente mea existunt. Haec enim duo cum immediate a mente percipiuntur nullius alterius interventu comprobari possunt et aequae certum est existere in mente mea speciem montis aurei aut centauri cum ista somnio quam certum est, existere me qui somnio; utrumque enim continetur in hoc uno, quod certum est centaurum mihi apparere.

Videamus jam quibus indiciis cognoscamus quae phaenomena sint realia. Id ergo iudicamus tum ex ipso phaenomeno, tum ex antecedentibus et consequentibus phaenomenis. Ex ipso phaenomeno si sit vividum, si multiplex, si congruum. Vividum erit, si qualitates ut lux, color, calor appareant satis intensae; multiplex erit si sint variae, multisque tentaminibus ac novis observationibus instituendis aptae. Exempli causa si experiamur in phaenomeno non tantum [colores] sed et sonos, odores, sapores, tactiles qualitatesque eaque tum in toto, tum in variis ejus partibus, quas rursus variis modis tractare possumus. Quae quidem longa observationum maxime ex destinato, et cum delectu institutarum catena neque in somniis, neque in illis imaginibus, quas memoria aut phantasia objicit, occurrere solet in quibus imago plerumque tenuis est, atque inter tractandum disparet. Congruum erit phaenomenon, cum ex pluribus phaenomenis constat quorum ratio reddi potest ex se invicem, aut ex hypothesi aliqua communi satis simplice; deinde congruum erit si consuetudinem servat aliorum phaenomenorum quae crebro nobis occurrerunt, ita ut partes phaenomeni eum situm, ordinem, eventum habeant, quem similia phaenomena habuerunt. Alioqui suspecta erunt, nam si videremus homines in aere moveri hippogryphibus Ariosti insidentes, dubitarem credo utrum somniarem an

jei pamatytumė žmones, skriejančius oru ant Ariosto hipogrifo⁴, manau, suabejotume, sapnuojame ar ne. Tačiau šis įrodymas gali būti priskirtas kitam skirsniumi, sudarytam iš prieš tai buvusių reiškinių tyrimų. Esamas reiškinys tikrai bus darnus su prieš tai buvusiais, jei iš jų bus galima pateikti jam pagrindą arba jie visi derės su bendra prielaida, tarsi su bendru pagrindu. Pats stipriausias toks įrodymas yra dermė su visa gyvenimo seka, ypač jei daugelis kitų patvirtina, jog tai taip pat dera su jų reiškiniais; tai, kad egzistuoja ir kitos į mus panašios substancijos, yra ne tik tikėtina, bet, kaip parodysiu vėliau, ir tikra. Tačiau pats įtikinamiausias reiškinų tikrumo įrodymas, kurio ir vieno pakanka, yra sėkmė nuspėjant ateities reiškinis iš buvusių ir esamų reiškinų – ar šis nuspėjimas būtų grindžiamas iki šiol sėkmingu pagrindu arba prielaida, ar iki šiol pastebėtu reguliarumu. Netgi jei būtų sakoma, kad visas šis gyvenimas yra tik sapnas, o matomas pasaulis tik regimybė, tokį sapną arba regimybę laikyčiau pakankamai tikra, jei ji mūsų, tinkamai besinaudojančių protu, niekada neapgautų. Kita vertus, kaip iš šių dalykų žinome, kuriuos reiškinis privalu laikyti tikrais, taip ir priešingai – visus reiškinis, kurie pirmiesiems prieštarauja arba kurių prieštaravimus galime atrasti juose pačiuose, vertinsime tik kaip regimus.

Vis dėlto reikia pripažinti, kad iki šiol pateikti tikrų reiškinų požymiai, net paimti kartu, nėra įrodomieji; nors jie ir turi didžiausią tikimybę arba, kaip įprasta sakyti, pasiekia moralinį tikrumą, tačiau neįgauna metafizinio, t. y. tokio, kad iš priešingo dalyko išplauktų prieštaravimas. Todėl jokių samprotavimų neįmanoma absoliučiai parodyti, kad esama kūnų. Niekas taip pat nepaneigia, kad rišlūs (*bene ordinata*) sapnai, kuriuos laikome tikrais, yra

⁴ Turima omenyje italų poeto Liudviko Ariosto epinė poema *Orlando Furioso*, 1516.

vigilaremus. Sed hoc indicium referri etiam potest ad alterum examen caput, sumtum ex phaenomenis praecedentibus. Quibus phaenomenon praesens congruum esse debet, si scilicet eandem consuetudinem servant, item si ex praecedentibus ratio hujus reddi possit, aut congruant omnia hypothesi eidem tanquam rationi communi. Validissimum autem utique indicium est consensus cum tota serie vitae, maxime si idem suis quoque phaenomenis congruere alii plurimi affirmant; nam alias substantias nobis similes existere non tantum probabile, sed et certum est, ut mox dicam. Sed potissimum realitatis phaenomenorum indicium quod vel solum sufficit, est successus praedicendi phaenomena futura ex praeteritis et praesentibus, sive illa praedictio in ratione aut hypothesi hactenus succedente, sive in consuetudine hactenus observata fundetur. Imo etsi tota haec vita non nisi somnium, et mundus aspectabilis non nisi phantasma esse diceretur, hoc sive somnium sive phantasma ego satis reale dicerem, si ratione bene utentes nunquam ab eo deciperemur. Quemadmodum autem ex his cognoscimus quae phaenomena realia videri debeant, ita contra, quaecunque phaenomena pugnant cum his quae realia iudicamus, item ea quorum fallaciam ex causis suis explicare possumus, ea tantum apparentia censemus.

Verum fatendum est quae hactenus allata sunt phaenomenorum realium indicia utcunque in unum collecta, non esse demonstrativa, licet enim maximam habeant probabilitatem sive ut vulgo loquuntur certitudinem pariant moralem, non tamen faciunt Metaphysicam, ita ut contrarium poni implicet contradictionem. Itaque nullo argumento absolute demonstrari potest, dari corpora, nec quicquam prohibet somnia quaedam bene ordinata Menti nostrae objecta esse, quae a nobis vera iudicentur et ob consensum

mūsų proto objektai ir dėl savo tarpusavio derėjimo, atsižvelgiant tik į praktiką, prilygsta tikrovei. Dažnai pateikiamas argumentas, kad tokiu atveju Dievas taptų apgaviku, irgi nėra didelės reikšmės – visi mato, kaip tai toli nuo metafiziškai tikro įrodymo, juk mes, ką nors priimdami be kruopštaus patikrinimo, būsimė apgauti ne Dievo, o savo sprendimo. Ir nors [svarstyme] dalyvautų didelė tikimybė, Dievas, kuris mums ją pateikia, dėl to netampa apgaviku. Kas tuomet, jei mūsų prigimtis tiesiog nebūtų imli tikriems reiškiniams? Iš tiesų Dievą reikėtų ne kaltinti, o dėkoti jam už tai, kad šie reiškiniai, nors negali būti tikri, vis dėlto išeina vientisi ir kad jis suteikia mums tai, kas kiekvienoje gyvenimo veikloje prilygsta tikriems reiškiniams. Kas tuomet, jei visas šis trumpas gyvenimas būtų tik ilgas sapnas ir mes prabustumė tik nuo mirties, kaip, regis, galvoja platonikai? Kadangi esame paskirti amžinybei ir visas šis gyvenimas, net jei apimtu daug tūkstančių metų, amžinybės atžvilgiu prilygtų tik taškui, koks tuomet nereikšmingas dalykas, kad į tokio dydžio tiesą yra įterpiamas sapno trupinėlis, kurio santykis su ja yra daug mažesnis nei [paprasto] sapno su gyvenimu, ir vis tiek joks sveiko proto žmogus Dievo nepavadintų apgaviku, jei kartą trumpam būtų atsitikę, jog koks nors labai aiškus ir darnus sapnas pasirodytų sielai.

Iki šiol kalbėjau apie tuos dalykus, kurie pasirodo. Dabar reikia apžvelgti tuos, kurie nepasirodo, bet iš pasirodančių gali būti nustatyti. Yra aišku, kad kiekvienas reiškinys turi kokią nors priežastį. Juk jei kas nors sakytų, kad reiškinio priežastis kyla iš mūsų proto, kuriame jis glūdi, tai jis netvirtintų nieko neteisingo, o tik nepasakytų visos tiesos. Visu pirma, būtinai turi būti pagrindas, kodėl mes patys verčiau egzistuojame, nei neegzistuojame, ir net jei manytumės esantys nuo pat laiko pradžios, vis tiek reikėtų atrasti ir amžinos

inter se quoad usum veris aequivaleant. Nec magni momenti argumentum est, quod vulgo afferunt ita Deum fore deceptorem; certe quantum id absit a demonstratione certitudinis metaphysicae nemo non videt; nam nos non a Deo, sed a iudicio nostro decipiēmur, asserentes aliquid sine probatione accurata. Et quanquam magna adsit probabilitas, non ideo tamen Deus est deceptor qui eam nobis objecit. Quid enim si natura nostra non erat forte capax phaenomenorum realium; profecto non tam accusandus foret Deus quam gratiae ei agenda, efficiendo enim ut phaenomena illa cum realia esse non possent, saltem consentientia essent, praestitit nobis quod in omni vitae usu realibus phaenomenis aequipolleret. Quid vero si tota haec brevis vita non nisi longum quoddam somnium esset; nosque moriendo evigilaremus, quale quid Platonici concipere videntur. Cum enim aeternitati destinati simus et tota haec vita, etsi multa annorum millia contineret, respectu aeternitatis puncti instar habeat, quantum erit tam amplae veritati tantillum somnium interponi, cujus multo minor ratio est quam somnii ad vitam, et tamen nemo sanus Deum deceptorem dicet, si forte contingeret breve aliquod somnium admodum distinctum et congruum animo observari.

Hactenus dixi de his quae apparent, nunc videndum est de non apparentibus, quae tamen ex apparentibus colligi possunt. Et quidem certum est omne phaenomenon habere aliquam causam. Quod si quis dicat causam phaenomenorum esse in natura Mentis nostrae cui phaenomena insunt, is nihil quidem falsi affirmabit, sed tamen nec dicet totam veritatem. Primum enim necesse est rationem esse cur nos ipsi simus potius quam non simus, et licet poneremur fuisse ab aeterno, tamen ratio aeternae existentiae reperienda est, quae reperiri debet vel in

